

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

**Heinricus Rudolphus Redecker/ I.U.D. ... Ad eundum exequias quas Viro ... Dn.  
Jacobo Krafftē/ Ecclesiae lesendorphensi emerito, Vidua eius moestissima,  
Hodie ... paratas cupit Omnes literatos & literatorum fautores, officiose invitat**

Rostochii: Kilius, [1666]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn771908369>

Druck    Freier  Zugang



Redeker, H. R.

in

J. Krafft.

Rostock, 1666.



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn771908369/phys\\_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn771908369/phys_0002)

DFG





# HEINRICUS RU- DOLPHUS Redeker / I. U. D. P. P.

Univers. Rost. RECTOR, Sereniss. Du-  
cis Mecklenb. Consili. & Consistorii Ducalis  
Assessor



d eundum exequias  
quas  
Reverendo & Clarissimo

# DN. JACOBO

## Brafften/

Ecclesiastæ Jesendorphensi emerito,

Vidua ejus mœstissima,

Hodie hora prima, in æde D. Petri / acra  
paratas cupit

Omnes literatos & literatorum  
fautores, officiose invitat.



## ROSTOCHII,

Typis JOHANNIS KILII, Acad. Typogr.

13

# ГЕНРИКСРУ

DOI FHGS 87084.V1.PD.PB.

U.S. GOVERNMENT PRINTING OFFICE 1914 10-1474

*Afghānī* *Alī* *Shāh* *Qājār* *Emām* *Qājār* *Emām* *Qājār*

16421 16411 16401 16391 16381 16371

115346 CNU 1960

1080

# Vitis amurensis

Quies, licet agos & pectus contum

Chiesa di S. Maria Assunta

ROZDÍL  
VÝBĚR  
JEDNOU  
TÝDEN





## Salutem !

Nter omnia terribilia, quæ genus humanum affligunt, iustumq; hominibus metum incutient, *Mors*, Philosopho teste, est terribilissima : Illamq; sententiam non tantum gentiles communi suffragio adprobant, verum etiam Christianorum plurimi, quo nescio vitæ præsentis, quæ tamen continuis calamitatibus obnoxia est, amore amplectuntur: adeoq; quando separationem animæ & corporis imminere persentiscunt, omnibus modis curisque conservationem sui intendunt. Gentiles, cur mortem terribilem dicant, vix mirum esse potest: *tum*, quia dissolutionem vinculi, qua anima ex corpore, ceu habitaculo suo, discedit, perpetuam credunt, neq; ex simpli humanæ rationis dictamine, ullam combinationem separatarum partium sibi pollicentur futuram; *tum*, quia fide carent, & sine ulla resurrectionis spe, ex hac vita discedunt,

*Omnes una manet nox,*

*Et calcanda semel via letbi :*

Cæterum

Cæterum excusandi sunt, qui in tenebris quasi viventes,  
mortem vehementer metuunt, & mortuos suos, ceu  
nunquam revisuros, acerbius lugent ac deplorant. Chri-  
stianos autem, immodice mortem timere, vel mortuos  
amicos nimio luctu prosequi, haud decet, ne videantur  
desperare mortuorum resurrectionem, quam, post reve-  
latum Dei verbum, in dubium vocare, nefas est. Inde  
Apostolus Thessalonicenses consolabatur hunc in mo-  
dum: *Nolumus autem vos ignorare fratres de dormienti-  
bus, ut non contristemini, sicut & cæteri qui spem non habent.*  
*Si enim credimus quod JESUS mortuus est, & resurrexit:*  
*Ita & DEUS eos, qui dormierunt per JESUM, adducet  
cum eo.* Ubi videmus ante mortem Christi, mortem ho-  
minum fuisse terribilem, Christus autem sua morte no-  
stram mortem edulcavit, ut, mutato acerbo mortis no-  
mine, somnus potius vocari debeat. Adeoque uti dor-  
miens spem habet expurgoscendi iterum, ita justus mori-  
tur cum fiducia resurrectionis, quoniam corruptibile  
hocce corpus induere debet incorruptionem, & morta-  
litas hæc immortalitatem. Quemadmodum itaque mors  
Impiorum horribilis est, & ex dulcedine hujus seculi, quæ  
tamen mera duntaxat vanitas est, & miseriis maximis un-  
dique stipata, in æternos præcipitat cruciatus; Ita mors  
piorum introitum parat ad vitam æternam, magisque  
morientibus portam gloriæ & beatitudinis, nunquam  
interrumpendæ, pandit, quam ut vel minimo morientes  
privet bono: quiescunt enim à miseræ hujus vitæ ærum-  
nis & laboribus, qui ex fugaci vitæ ergastulo sunt excepti.  
Mors malorum deploranda est, quia pessima est; non  
autem mors bonorum, quia pretiosa est, beatique mor-  
tui qui in Domino moriuntur. Nulla proinde causa  
subest

381917

subest, cur metuamus mortem, vel justo largius deploremus mortuos; quin potius illa expetenda, cum sit omnium malorum finis, & bonorum principium; his autem gratulandum, quia non sunt mortui, sed soporati, apparituri cum Christo in gloria. Inde, melius esse ire ad domum luctus quam ad domum convivii, Ecclesiasticus svadet. Ad domum luctus ire, *Vir Reverendus & Clarissimus Dominus JACOBUS Krafft / Pastor Jesendorphensis emeritus*, p.m. qui vitam hanc calamitatibus variis onustam, per placidam mortem, cum vita æterna feliciteter commutavit, ansam in præsentiarum suppeditat, me returque viri integritas ac morum innocentia honorificum vitæ suæ testimonium, honorificamque sepulturam. Natus autem est pie defunctus Anno salutis 1599. adeoq; 67. annos inter varios & molestos hujus mundi strepitus transegit. Patrem habuit Virum Præclarum JACOBUM Krafft in Pamfeld & Falckenstein Ludimodera torem. Matrem autem foeminam honestis moribus præditam JULIAM Berners ex amplissima familia der Berner originem ducentem. Avus Paternus ipsi fuit PETRUS Krafft qui Imperatori Romanorum contra hostem Christiani nominis, in Ungaria strenue militavit. Cujus etiam nomen eo magis inclaruit, cum tres habuerit fratres, qui, propter insignem eruditio nem, in Ducatu Württembergico formulæ concordia subscripterunt: Quartus autem fratum JOHANNES CRATO alias Krafftheim dictus, trium Imperatorum gloriofissimæ memorie, Ferdinandi, Maximiliani & Rudolphi fuit Consiliarius gravissimus, & Medicus experientissimus, quam egregiæ dignitatis spartam ita exornavit, ut per eum, antiqua Craftorum familia,

quæ ultra ducentos annos Uratislaviæ floruit, revivixerit; Aviam paternam laudat M A R G A R E T A M  
Rauchs Matronam laudis encomio dignam. Avum Maternum BARTHOLD Berner commendant amplissima  
quæ possedit prædia; Aviam autem Maternam habuit CATHARINAM Peinroths ex Katzeroda, civitate  
Anhaltina, ortam, fæminam genere & virtute conspicuam. Abs his parentibus, boni nominis, progenitus  
Vir optimus, tertio à nativitate die, per lavacrum regenerationis in Ecclesiam Christi relatus est. Primam autem infantiam, primosque pubertatis annos, sub sollicita Patris informatione, non sine magno suo commodo,  
transegit, postea, consilio providi parentis, in Scholam Ascherslebiensem alegatus, & per integrum septennium nutritus est. Ex qua, ut solida humanioris literaturæ fundamenta poneret, in Gymnasium Hallense se contulit, in quo, ad quatuor pene annos, non sine magno fructu substitut, idemque temporis spatium, ne jejonus ad Scholas Regias se conferret, Magdeburgi literis insumisit. Adeoque ætate simul & studiis maturus Anno 1625. in hanc nostram venit Academiam, in qua, cum Theologiae Studio se mancipasset, Viros Pl. Reverendos & Celeberrimos DN. PAULUM & DN. JOHANNEM TARNOVIOS consanguineos; & DN. JOHANNEM QUISTORIUM, Professores Theologos Excellentissimos, summa cum vigilantia audivit. Cum autem probi ejus mores & eruditio singularis Generoso Nobili de SPERLING in Rubawinnotesceret, ab ipso liberorum nobilium educationi & informationi admotus est, illamque spartam tanta cum diligentia sustinuit, ut ex illa Anno 1639. divinâ providentia juvante ad Pa-

ad Pastoratum Jesendorphensem sit vocatus. Illique  
officio tantam curam & fidem impendit, ut nullus non  
cum fidissimum Christi Ministrum veneraretur. Solus  
autem familiae suæ præesse haud potis fuit, proinde ma-  
trimonii meundi consilium cœpit, & fusis ad DEUM de-  
votis precibus, Virginem lectissimam MARGARETAM,  
*Viri Reverendi & Amplissimi DN. M. ANDREÆ Dun-*  
*ckers Pastoris Petrini fidelis.* relictam filiam, sibi conju-  
gali vinculo sociavit; *Quod ipsum matrimonium non*  
quidem prole beatum fuit, cæterum concordia & bene-  
dictione sic fatis felix. Cum autem ingravescente ætate,  
propter duros, quos in Juventute & virili ætate sustinue-  
rat, labores, virium suarum & præcipue memoriae imbe-  
cillitatem nimium sentiret, nec rei familiari amplius præ-  
esse posset, prævio Theologorum quorundam consilio,  
& impetrata à DN. Superintendentе, *Viro Plurimum Rev.*  
*& Excellentissimo DN. JOHANNE FRIDERICO*  
*KONINGIO, SS. Tb. D. & Prof. incomparabili, amico &*  
*collegano nostro, dum viveret, venerando,* ne in sacra ecclesia-  
stica committeret, facultate, Anno 1658. concione vale-  
dictoria, 25. post S. Trinit. Dominica, habita, resignavit,  
seque Rostochium contulit, & Jus civium Academicorum  
haud difficulter iterum obtinuit, talemque se præ-  
buit, ut innocentia vitæ, & integritate morum omnium  
favores facile impetraret. *Quoniam autem Conjugem*  
suam jam ante laudatam Anno 1663, morte placida disso-  
ciatam, amisit, non potuit sibi suæque familiae aliter, nisi  
ad secunda iret vota, consulere; quapropter Anno 1664.  
Deo sic disponente, virginem boni nominis & famæ  
ANNAM, Viri JOHANNIS LAGES, Civis Rosto-  
chensis spectati, filiam, uxorem duxit, quacum ad  
breve

breve quidem tempus, pacatam tamen & quietam vitam egit. Morbum mortemque ejus quod attinet, in mense Martio primum decumbere cœpit, morbiq[ue] vis, non attentis remedius, quæ *Vir Excellentissimus & Experientissimus* D.N. JOHANNES BACMEISTERUS Med.D. & P.P. compater & collega noster conjunctissimus provide adhibuit, ita excrevit, ut in Isterum incurabilem desineret. Quando itaq[ue] P.D. terminum vita instare suspicatus est, præprimis sollicitus fuit, utri, per Sacram Synaxin, Deo conciliaretur, proinde Confessionarium suum *Virum Pl. Rev. & Clarissimum* D.N. M. JOHANNEM Rantzlerm Pastorem Petrinum vigilanssum & Superintendentem Rostochiensem fidelissimum acciri jussit, a quo, prævia vera poenitentia, & absolutione, in vera fide, & summa cum devotione per Sanctissimum Corpus & sanguinem Christi, ad æternam salutem confirmatus, septimo die Maij, inter continuas preces & suspiria, placide obdormivit, animamque salvatori suo reddidit. Cum itaque, suffragante S.S. melius sit ire ad domum luctus, quam convivii aut lætitiae, & pie defunctus, qui nulli unquam simile honoris officium denegavit, ultimum humanitatis affectum jure mereatur;

Ego Omnes Academiæ cives, omnesque literatos & literarum fautores, ut Viri Optimi exequias honoranda præsentia exornare velint, officiose invito, rogoq[ue];

Dabam Rost. sub sigillo Rectoratus  
II. Maij Anno 1666.







Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn771908369/phys\\_0014](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn771908369/phys_0014)


DFG




Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn771908369/phys\\_0015](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn771908369/phys_0015)

DFG



subest, cur metuamus mortem, vel justo l  
remus mortuos; quin potius illa expetend  
mnia malorum finis, & bonorum princip  
tem gratulandum, quia non sunt mortui,  
apparituri cum Christo in gloria. Inde, m  
ad domum luctus quam ad domum conviv  
cus svadet. Ad domum luctus ire, *Vir*  
*Clarissimus Dominus JACOBUS Krafft / P*  
*pensis emeritus, p.m. qui vitam hanc calam*  
*onustam, per placidam mortem, cum vita*  
*ter commutavit, ansam in præsentiarum su*  
*returque viri integritas ac morum innocen*  
*cum vitæ sive testimonium, honorificamque*  
*Natus autem est pie defunctus Anno salutis*  
*67. annos inter varios & molestos hujus m*  
*transegit. Patrem habuit Virum Præcla*  
*BUM Krafft in Pamsfeld & Falkenstein*  
*torem. Matrem autem foeminam hon*  
*præditam JULIAM Verner / ex ampli*  
*der Verner originem ducentem. Avus*  
*fuit PETRUS Krafft / qui Imperatori*  
*contra hostem Christiani nominis, in Uni*  
*militavit. Cujus etiam nomen eo magis*  
*tres habuerit fratres, qui, propter insig*  
*nem, in Ducatu Würtenbergico formu*  
*subscriperunt: Quartus autem fratri*  
*NES CRATO alias Krafftheim dictu*  
*ratorum gloriofissimæ memoriarum, Ferdin*  
*iani & Rudolphi fuit Consiliarius gravissi*  
*mus experientissimus, quam egregiae digni*  
*ta exornavit, ut per eum, antiqua Cra*  
)(



the scale towards document